



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

25 Monet am non temere mutare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

15. *Antoninus* cū Rhodum insulam vi ac impresse expugnasset, & in ingressu passim salutareretur *Rex ac Dominus*. Nec *Rex* sum, inquit, *Dominus*; sed *Regis, ac Domini* interfector.
16. *Carolus V. Imp.* non tam verbis, quā factis singularem modestiam præ se semper tulit. Nam non infrequenter dixit: Quod quisque maior, ob se submissius gerat. *Guil. Zenocarus lib. 4. Capit.*

SIGNVM XXV.

MONETAM NON TEMERE
mutare.

1. *I*oan. Marian. *lib. 3. de Rege cap. 8.* *Alfredus Fridericus Augustus* eo nomine *Secundo* *Potentia* in *Flaminia*, durissima hyeme; deest stipendium pecunia, & milites passim dilabuntur: soluere obsidionem turpe erat & graue, pro seuerare difficile. Pecuniam è corio signati rei nummi valore, qua arte ex ijs angustis tunc Vrbe subdita victor, quod erat pollicitus, eos nummos aureis totidem mutauit. *Autor Collemutius Neapolitana historia lib. 4.*
2. *Philippus Pulcher Gallia Rex*, sub motu non alia causa, quā ob depravatam morum odium populi se sustinere fatetur: ac filio *Ludouico Hutino*, vt mutaret, postremis verbis dicit. *Autor Robertus Gaguinus.* Motus populares & odia non antea conqueuerunt, quā *Princus Engerranus*, retri consilij auctor, publicus est vindicatus, nobilitate pleraque infregit, p̄niuerso plaudente populo.

Henricus eo nomine VIII. Anglia Rex, ex quo Ecclesia recessit, in multa mala precipitavit. eo numero argenteam pecuniam deprauavit: quæ undecimam æris partem admixtam habebat, eò sensim redacta est, vt sextam argenti monetæ partem retineret. Veterem pecuniam à Provincialibus corrasit, noua & praua pari numero & pondere mutatam, siluit populus tantisper, hominis scuitiam veritus, cui lusus esset ciuium imperium. Eo tamen extincto, ab Eduardo filio est recuperatum, vt valor eius monetæ ad semissem crederetur. Isabella etiam rerum potita, Eduardo filio, semissem iterum reliqui valoris detraxit. Sic factum, vt qui quadringentos aureos in ea pecunia obrinebat, dodrante detracto, ad centum redigeretur. Neque in eo restitit malum: pecunia proorsus antiquata est, nullo, qui damnum redderet; infame latrocinium. Sic Sanderus lib. 1. Schismate Anglicano.

Rarò certè legitima pecunia est mutanda: quia hoc rerum commutandarum mensuram, eandemque permanentem iustitia fecit. Arist. 1. Pol. cap. 6. Cùm Princeps adulterat pecuniam, sequitur mercium & annonæ caritas.

SIGNVM XXVI.

IN MORBIS CONTAGIOSIS SALUBRITATES PROVIDERE, & AGROS BENIGNÈ INUISERE.

Mors erat Alphonso Aragonio Siculorum Regi, quocunque in loco Eucharistiam ferri percipisset.

Tt 3

spexif